



Dissertatio
Physio-Medica
De
Sensatione
- Formale in Genere &

Elaborata per Doctorem D. Fran-
ciscum de Torres Con-
treras, Socium hono-
rarium Matriten-
sis Academiae.

Anno Dñi M.DCCXXXvij.



Disseratio
Physio-Medica
De
Sensatione

Formale in genere &

Elaborata per Doctorem D. Pisanum
Ciccum de Torres Con-
trectus Socium hono-
rarium Martini
Academici

Anno Dñi MDCCXXVII.

Offertur Resumen Totius Dissertationis.

- 1^o Propositio ad Academiam.
- 2^o Prefatio in qua declaratur Antiquitas, et Canities presentis dubij, in quo, quia fas non est, cuilibet Medico dicere, quod Hippocrates Antilogiam patitur in sua Doctrina; dicitur, quod problematicus fuit.
- 3^o Ponitur definitio Sensationis formalis, probaturque quod sit bona.
- 4^o Agitur de potencia Sensitiva.
- 5^o Non admittitur illa Anima Sensitiva materialis, et Corporalis de qua loquitur Thomas Willis; Tractatu de Anima Brutorum.
- 6^o Probatur esse Chimicam talem Animam fingere.
- 7^o Impugnatur fundamentum Willis.
- 8^o Affirmatur quod Sola, et Unica Anima Rationalis est formaliter (vel virtualiter, seu Eminencialiter, de quo non disputatur) Sensitiva, et Vegetativa, Spiritualem, Creatam a Deo.


Deo, & indibisibilibus. =

- 9^o fit tantum memoria Spiritum Anima —
10^o hum.

11^o Agitur de specie intencionali impressa Ob-
iectorum. — Negatur quod metaphoricè
sit similitudo Obiecti — & affirmatur quod
est vel formaliter; vel Virtualiter imago
Obiecti.

12^o Declaratur differentia summa inter Ope-
rare Sensationem formalem; & percipere
sensationem formalem. — Elegitur Sententia,
& probatur. =

13^o Ponuntur Obiectiones, & ad eas Res-
ponditur. =



H
P^ragoratio

fol. 1

ad praelectam nobilem,
Venerandamque, Semper, mihi
Academiā.

~~~~~  
Sacra Phœbi Soboles, con-  
- cans sapientiæ, sacrosque Viri omni-  
na Virtute clari, tituloque quocum-  
que decori: mihi creditur, suum præ-  
stare munus, si cui honoris est debitor,  
vixiusmet, insoluto animo, adhaereat man-  
datis. Insignitus fuisset licet im-  
paribus, honorarij Socij titulo huius,  
Academis, præstidiumque Artium nati-  
vissimi Sicæ, in cuius conspectu, illud  
Circa Athenas Viridarium Voluptabi-  
le nemus ubi Philosophorum S. C. Omerus,  
nomine Divini affectus, primam vidit lu-  
cem non est facile Princeps, quare meo  
functor officio, si vestre Dominationis  
sim audiens præceptis, præstantibus ta-  
lia per litteras D. Joseph Ortega meri-  
tissimi Secretarij:-

~~~~~  
- Multa licet obstant carer-
ti Socio suis præsentia Curijs, haberes, -
ut possit Academicos legere fruges; Si

tamen

1. 10
tamen Deus illi aliqua facit Otia. In
quibus iuxta Divum Augustinum lib.
2.º cap. 1.º Contra Academicos, Stat Om-
nis prospera Philosophorum fortuna: En-
Verba S. Doctoris: nulla mihi vide-
tur prospera fortuna nisi quæ Otium
(philosophandi dat) mandat. Scriptis sui
Sententiam mentis, in Dissertatione ali-
qua circa ea, quibus in hac Spoliis
Auribus damus; ut Omnes Cooperato-
res simus ad auxilij ferendi facultatem;
nam ut I. Lomerus Cantavit. Quid
non phures!

— Cum ergo multis ante die-
bus in lucubrationibus meis, attentè per-
legissem Reflexiones Sapientissimi (nihilque
humanismi) Doctoris D. Antonij Alvarez
de Corral, Supra Hippocratem, Sapien-
tiæ Doctoris Boix Chyreo defensum; Refle-
xione 7.ª fol. 422. talia fandi: Plau-
sibile es, y Oi muy Comun, la opinion de
muchos Philosophos modernos de que en
el Cerebro se haze la Sensacion format:
de los objetos sensibles; y solo la materi-
al en los Senfferos externos. Quibus
— lectis mihi venit in mentem (benevolas
si prestat aures Dominatio Vestra) Ver-
ba miscere in Sequenti Dissertatione.



Utrum

Vtrum Sensatio formatis Obiectorum
Sensibilem fiat in proprio
Sensorio Externo? an Vero
in Cerebro.

Brevis Prefatio.

Nec Sedem, perdidit primam inter
sapientes, qui omnia non legit: Vita
brevis! et ad maiora iam vocatis, Au-
- licis que Medicis bubiter clauditur di-
- es! nec mirum si Doctor memoratus (Sa-
- piens, Doctus, et Summa ingenij acumi-
- ne praeditus inter nostrae Aetatis Sapientes)
- mandasset Typis - Es oī muy comun
entre muchos Philosophos modernos de
qui tot labentibus annis, se obtulit visu
- in Operibus Philosophis nostri Hippocra-
tis, qui ita varie se gessit in presenti-
dubio, ut nūquā licet affirmare quod
fuit Problematicus; Vell quod Antilo-
giam patitur.

Nam in libro de Carnibus pl.
- (mibi) 118. sic imberbis scriptum: * Et sunt,
qui de natura scribentes prodiderunt quod,
Cere-

5
Cerebrum est, quod sonum edit: hoc
autem fieri non potest; ipsum enim
Cerebrum humidum est, & Membra-
na seu Tunica Circum ipsum hu-
mida est, & Crassa: itemque Circuz
unicam Ossis: nullum igitur humi-
dum resonat; sed sicca resonantia au-
ditum faciunt:—

Constat ex dictis, quod Cerebrum
neque Membrana Circum ipsum, ut pote
humida, & Crassa, ut ipsum Cerebrum non
sunt organa ad auditionem quia non
resonant: inferitur legitime quod Audi-
tio formalis non fit in Cerebro, neque in
membrana Circum ipsum; Et fundamen-
tum huius sequet: stat in eo quod au-
ditio formalis nūc aliud est in sententia
aliquorum Recentiorum, quam perceptio
• Objecti Sensibilis facta in Cerebro media
• potentia Sensitiva, solum in illo residen-
• te; & media vibratione Membrany fac-
• ta à Sensibilibus in sensorio externo:
— • sed hęc vibratio non potest Continuari
nec in Membrana Circum ipsum Cerebrum
nec in ipso Cerebro; nam tam Membra-
na quam Cerebrum humida sunt, &
nullum humidum vibratur: Ergo neque
in Cerebro neque in Membrana fieri

potest.

potest auditio formalis: plura circa
 sequelam (attenta Cerebri, et membranz
 humiditate) Omitto, nam hec, et alia sub-
 tiliori Calamo iam sunt Scripta, et Sa-
 pientibus sat. =

Transamus usque ad librum
 de locis in homine fol. (michi) 182 ibi in-
 venio sequentia * Ceterum natura Cor-
 poris principium sermonis in Arte Me-
 dica; primum perforata est, qua parte
 audimus: etenim Vacua Circum Cures
 non aliud in audiunt, quam strepitum,
 et Clamorem: quid quid per membra =
 nam in Cerebrum perbenerit, id Clare
 auditur, et liquido. Ob id etiam foramen
 solum per membranam Circum Cerebrum
 extensam est: ex quibus Verbis Cla-
 re videtur quod non solum per mem-
 branam potest pervenire strepitus, et Cla-
 mor; sed quod infertur etiam quod si
 non pervenit ad Cerebrum ipsum, nec
 Clare, neque liquido auditur: facite
 Reflexionem in ultimis verbis * Ob id et-
 iam foramen solum per membranam Cir-
 cum Cerebrum extensam est; et cum
 ita hec omnia reperiantur in Operibus,
 divini Cor, nec novitatem Sapit Opinio
 Philo=

Philosophorum recensitorum, nam nūc iuxta
Palesiast. nobis — En eius verba Cap. 1.
littera C. 10 * Nec valet quicquam dicere: let
ice hoc recens est: iam praesit in secu-
tis, qui fuerunt ante nos: * Et cuiuslibet
licet affirmare — in presenti Dubio fuit di-
vini Causae Problematicae, cum sit alie-
num a nro Magistro Antilogiam pati.

Sapientissimus Vallerius in suo li-
bro Controversiarum, Cap. 28. fol. 46. tenet
quod liber de Carnibus non est Sympo-
cratis: Ego vero non utor tali solu-
tione, nam hoc est ingredi ad Labyrin-
thum facilius raptionis, necessarioque filio
Carendo, Virum plurima offerre, sed in
finem intro manere. =



SI
Ponitur definitio
Sensationis formalis, et agi-
tur de Potentia Sensitiva.

Philosophi Omnes Verum naturam Spe-
culantes, tunc de illarum Cognitione glo-
riabantur quando earum bonam, et pro-
priam definitionem erant assequuti: *

Cum

Cum ergo sit meus Sermo de Sensa-
 tione formalis, et recte tractate etiam
 - faciam ab eius definitione principium
 - sumo = * Sensatio formalis est exerci-
 - ta, seu actualis Operatio potentie Sensibilis
 - bz appposito obiecto Sensibili, debita ap-
 * plicatione, in sensorio, iuxta Legem natu-
 * re Recte Compacta, et cum necessaria af-
 * fluentia Spirituum Animalium, et opera-
 tione. Dicitur actualis, et operata ope-
 ratio, per quam convenit Denotare cum
 actualibus operationibus altiorum potencia-
 rum; et per hanc potentie Sensibilis differt ab
 actibus potentie Rationalis, Vegetabilis, et lo-
 co motus = per illa Verba Appposito obiecto
 Sensibile debita applicatione differt etiam
 hęc Sensatio formalis ab operatione Sensorij
 interni Communis, in eo quod Solus Sen-
 sus externus indiget quod obiectum Sensi-
 bile sit præsens, et applicatum necessaria ap-
 plicatione; Aliqui sensus seu Animæ poten-
 tie operantur in Absencia Obiectorum; et
 - cuiuslibet notorium est Testimonium
 Aristot. lib. de Anima, textu 60. Obiec-
 tum intellectus est intra; Obiectum vero
 sensus extra Animam: per Aliqua Ver-
 ba = in Sensorio Recte Compacto, iuxta Le-
 ges nature, et cum affluentia necessaria
 Spirituum Animalium; differt ab omni opera-

4
tione non Vitabilis: Ergo Cum sit dicta
definitio expressio vera Essentia Sensatio-
nis formati, et habeat Conditiones bonae
definitionis, recte dici potest quod eius
naturam sumus assequuti.

Non alienum ab hac Dissertatione
(in qua loquimur de potencia Sensitiva) lu-
dico, principia (principalius Coadiuvante ad
Sensationem formatam) aliqua dicere, fa-
cultate, qua Vahs, (habet ab aliquo Doctore
Ouro audiam. Alta petis) de Anima, cu-
ius est potencia, hae potencia Sensitiva, cum
aliis requisitis, iam memoratis, Causans
sensationem formatam: Verum quamvis a-
nimus meminisse horret, incipiam.

Fractus Satanae bello, fati que Reput-
sus Thomas Wilis laucam Vehit. Nu-
tonis miser Caberni edidit Vocem taka
referentem: in homine talis potencia Sen-
sitiva est, cuiusdam Animi materialis, et
corporei Sensitiva, quae tenuissima est, emor-
gens simul cum Corpore, et simultanea
gaudens existencia: Et spectrum, cuius Om-
nibus larva corporis, eum effingit, quod
est eius domicilium, et vite formatum ac-
comodatumque, aptum illud vedit ad usus
tam Specie, quam individuo necessarios.

Vide

Vide plura in Cap. 2.º de Anima Bruckii:
Ante Unionem Animæ Rationalis Cum Cor-
pore dicitur Cap. 7.º iam Corpus est anima,
Corporale, & materiale, animatum, & dandus
Vita, Constituit hominem in esse Bruti: por-
tea advenit Anima Rationalis, & unita
informans quæ Corpus, tanquam forma su-
perior rectit tale Compositum & Como Ani-
mal Amphibium, hoc est mediæ naturæ, &
ordinis inter Bruta & Angelos: Conue-
 niendo per primam animam Corpoream,
 et materiale cum Brutis; & per se-
 cundam magis perfectam, Spiritualem, &
 a Deo Creatam, & non eductam de poten-
 cia materiæ cum Angelis. Vide plura
in Cap. 7.º Citato.

fundamentum huius Chimæ, quæ
 suam exertit mentem, est: Actus sensu-
 um, & motuum in homine sunt materia-
 tes, & extensi ad varias partes, & di-
 versis quibus immediate præstandis ani-
 ma incorporea, & indivisibilis (modo finita
 sit) inhabilis videtur: idcirco ponenda ve-
 nit altera Anima materialis Corporea, &
 hoc Causans effectus: Anima sensiti-
 va suam sedem, regiumque solam ha-
 bet in Cerebro, ad quam ministrantibus
 Spi.

2
Spiritus Animabus, hospitium habentibus
in Genere nervoso, Omnia, quicumque in
Corpore eueniunt, transeunt. Ibi, & non in
altra parte exercet suas functiones Sen-
sibus Animę debitas, &c. Utriusque de Ra-
tionis ente Wilhelmo... B

— Contra quod incurgo: Primo...
Luxia Wilhelm illa Anima Corporea emor-
git simul cum Corpore, eademque gaudet
existencia: ergo non potest effingere Corpus;
quia Omnis Causa habet suum esse, ante
Operationem, nam prius est esse, quam ope-
rari. Anima Corporea non habet esse ante
Corpus, nam simultanea gaudet existencia
ergo non potest effingere Corpus. =

— figuratio Corporis iam legit Wilhel-
in libro de Natura Pucci apud Hippocratem
fol. (michi) 89. quod est opus illius spiritus,
qui inest in semine; quia supposita, & iam
— appertis, & manifestis Cabitatibus, per quas
attrahendus est Succus per intursumptiones
ab anima, qui educitur, si est Anima Ma-
teriatis; vel Creatur, si est spirituales; & et
unita in eodem instanti, in quo est Ultima
dispositio, incipit (in Ordine Communis, & Re-
— gulari) operari, iuxta illam dispositionem,
quas pro illis tunc invenit in Corpore. Quod
etiam docuit Aristoteles lib. de Genera-
tione Animalium Cap. 3^o fol. (michi) 663. =

Non.

- Non uolico quod Willis nominasset Animam Corpoream, efformantem Corpus, illum Spiritum, qui inest in Semine: Nam hic in Sententia Aristot. lib. Citato, et loco; dissipatur; et Anima ficta ab Wille, vel (ab alio heretico) cum sit Subiectum, in quo recipitur Anima Rationalis, existit Constitutio Animatum Corpus ante Creationem, et Unionem animæ Rationalis.
- Quod immediate opponitur Sacris literis: nam in libro 2. Esdræ Cap. 3. sequuntur sequentia, et dedisti Asclam Corpus mortuum; Sed, et ipsum fomentum erat manuum tuarum, et insufflasti in eum Spiritum Vitæ, et factus est vivens Coram te: quod hoc spiraculum Vitæ sit Anima Rationalis nulli est dubium: Ergo ante Creationem animæ Rationalis, et Unionem ipsius cum Corpore, Corpus non erat animatum, neque Vita gaudebat, erat enim Corpus mortuum. = Si forte dicat quod hic liber Esdræ non approbatur ab Ecclesia, ea approbatione, qua alij libri Sacre Scripturæ sunt approbati: Miror enim in responsione et summum gaudium mihi fuisse in eo, quod approbatione Sancti Chatoth Ecclesie magis essent in mente ipsius.

Sed=

Sed attentè legat Caput 2. Genes.
formavit ititur Dominus Deus hominem
de limo Terræ, & inspirabit in faciem
eius spiraculum vitæ, & factus est homo
in animam viventis... in quibus vidi-
tur clarè, quod ante quam Dominus De-
us inspiraret spiraculum vitæ in homine,
iam erat factus in homine, & reliqua num-
bra, eo quibus homo, in quantum corpore-
us, & terrestris constat, patet evidenti-
simè, nam non solum fuit factus homo in
animam viventis in facie, sed totus ho-
mo fuit factus in animam viventis: Ergo
habuit iam in illo instanti omnia alia
membra figurata, & perfectè disposita, ut
totus homo fuisset factus in animam vi-
ventis... 

Tunc sic, sed ante spiraculum
vitæ erat homo corpore compositus: &
ante spiraculum vitæ homo non fuit factus
in animam viventis; Ergo ex sacra liti-
ra hæc duo legitime inferuntur: primum,
quod figuratio corporis non sit ab ali-
qua anima vitam causante in ho-
mine; nam quando Deus illum facit in a-
nimam viventis, iam (ante quam vita gau-
deret) erat perfectè corporatus... Secundum
quod

Quod ante animam Rationalem, non da-
 - tur in homine alia anima Sensitiva, et
 - Vegetativa Constituens eum in esse viventis,
 nam solum per spiraculum vite a Domino
 Deo inspiratum fuit homo factus in Ani-
 mam Viventis. &c.

Clarius patet. Nam in lingua Ori-
 - ginale legitur *spiraculum* vitarum*: Vide P.
 Ludob. de la Puente, in lib. quarum Meditatio-
 - num fol. (mih^o) 780, de Creatione hominis: ex-
 - po ante inspirationem anime Rationalis, nec
 fuit in homine vita Vegetativa, nec Sensiti-
 - va; cum ipsa anima Rationalis a Deo creata,
 et unita corpori hominis sit spiraculum vi-
 - tarum, hoc est, sit vita Rationalis, Sensitiva,
 et Vegetativa Constituens hominem (hæc sola
 forma cum corpore) in esse hominis (hoc est)
 viventis, Vegetabilis, Sensibilis et Rationalis.

Id fundamentum erroris, seu
 - Chimeræ expressæ (memoræ capite 7.) a Wil-
 - le Respondet: Quod non repugnat naturæ
 - spiritali operari effectus materiales: Quod
 patet in Deo Maximo Creatore Visibilium
 - omnium, et hoc scilicet operari res materiales
 non præcise est quia Deus est infinitus;
 sed quia tales operationes sunt compati-
 - biles cum suo esse spiritali; quod patet
 - Licet Adhuc sit infinitus in operando, non
 - operatur cum creatura formali peccati

Et

Et ratio est clara, quia licet infinitus in
operando, intelligitur in illa linea compati-
bile cum suo esse sancto et perfecto, et sine con-
tradictione respectu sui esse: hoc fuit defini-
tum (dictante Sapientissimo Thuroia lib. de Ani-
ma fol. mih) 256. inter alia articula in Uni-
versitate Parisiense, et est commune inter om-
nes) nempe posse Deum, in genere cau-
se efficientis, facere omne, quod sine con-
tradictione fieri potest.

De Angelis (et non sunt
infiniti sicut Deus) dicitur quod operan-
tur res materiales; et non utcumque dicitur,
sed assensit D. Angelicus, quod est de fide:
• En verba; fidei sententia est, quod sub-
• tanty separaty, sive Angeli, moveant Cales-
• tia Corpora: Eadem sententiam tenet D.
Bonaventura: Ergo si Deus, et Angeli cum
sunt subitanty spirituales operantur res ma-
teriales, ut pote non arguentes contradic-
tionem cum suo esse spiritualis? Cur Sum-
ma Rationalis, ut pote creata et spiritua-
lis est censenda ab illis inhabitantibus ad
operationes materiales?

Sciatis Vultis, et cum eo omnes
quod vegetare, et sentire (in genere causae
efficientis) non includit in suo conceptu
quod principium sit substantia materia-
lis: se habet hic conceptus, ut conceptus

- Vitæ (quæ est habere perfectionem ab intrin-
seco, ita ut, ab extrinseco non possit habere)
 hic Conceptus ad Angelum (et in senten-
 - cia aliquorum est etiam contrahibilis ad
Deum: vide P. Carleton, lib. de Anima fol.
 mihi, 482. (et A.) est spiritualis: Sed con-
 - tractus ad plantam respectu nutritionis;
 ad Pratum respectu sensationis est mate-
 - riahs: ita vegetabilium, et sensitibum con-
tractum ad hominem est spirituale; Sed con-
tractum ad Plantam, et Pratum est materia-
le: vide supra hanc rem Doct. Mur-
 - cia, super secundum Arist. lib. de Anima,
 Disp. 1^a Quest. 7. fol. mihi, 21. ~ ~ ~

Ecce pulcherrima Creatura,
 imago Dei, substantialiter una, sed tres di-
 - stinctæ: formaliter rationalis, sensitiva, et ve-
 - getativa (non disputo, pro nunc, si sit un-
 - ivaltiter, formaliter, seu eminenter, vegetativa,
 - et sensitiva) et spiritualis, creata a Deo,
 et indivisibilis, est tota in toto, et tota in
 quolibet parte; operans in Microcosmo ani-
 - mato, iuxta varias dispositiones, ut nunc
causæ intellectionem, et spirituales effectus;
 nunc sensationem, hoc motum; et vege-
tationem, effectus, qui materiales sunt;
 se habet unita, Corpori sicut sol in Orbe
 Terrarum, qui iuxta dispositiones varias
 ope-

Operatur, hic Aurum, illic Argentum, ibi
Plantam, huc florem &c. Et cum potencia
non separatur ab eo, cuius est potencia, &
Anima Rationalis, quæ est etiam Sensitiva, sit
tota in toto, & in quolibet parte: & non so-
lum in: Cerebro. est Sensitiva... Sensu erro-
neè dicat quod dicitur, quod facultas sen-
sitiva est principaliter in Cerebro, ob duo:
Primo, quia ex Cerebro oriuntur nervi, qui
sunt sedes sensationum: Secundo, quia Cere-
brum est officina spirituum Animalium, qui
animæ instrumenta, seu mediatores nomi-
nantur = Erronè dixi: Ut erroneum est quod
quia arteriæ originem habent a regione Cor-
dis, & quia in illo adest fabrica spirituum
vitalium affirmare, quod ita principaliter sit
vita in Corde, ut omnis actus vitalis non
sit formaliter vitalis nisi fiat in Corde,
quia ibi vita habet suam regiam sedem =
Ab alijs, qui in memoratu tractatu de Ani-
ma Brutorum dicta ab Wille fuerunt, recedo,
quia revera in materia de Anima de illo
verificatur quod Prædixi Bates dixi
in Psalmo: abierunt sensus reproborum.

S. II.

Agitur, de alijs positis
in
Definitione, = Dictum,

- Dicitur in definitione appposito sensibile obiecto in sensorio, debita applicatio-
- ne, et cum affluencia spirituum animantium necessaria: obiecta sensibilia sunt corporalia varij indolis existentia in hac atmosphaera: v.g. sensibile pro oculis sunt tenuissimae aures, seu lucis particulae, quae indolis sunt sulphureae, et a corporibus reflexae eorum icones ad organum visionum confluunt.
- vide reliqua obiecta sensibilia in cap. X. de sensu in genere, §X. apud Thomaz Villerm.

De applicatione obiecti sensibilis.

- Experientia constat, quod non in omni sensorio est eadem, neque eodem modo, alia applicatio est pro visione; alia pro tactu, alia pro auditu, et alia pro gustu &c.

De sensorij debet dicere, quod om-

- ne sensorium sedem habet in Systemate membranoso; ita tenet Georg. Baillib. lib. de fibra motrice Cap. 9. per sequentia verba: Scio tamen ab omnibus Anathomistis existimari sedem sensus esse in Membranis.
- Consistit diversitas sensorij in varia Com-
- pose, seu Estructura medullarum, pororumque. Et in diverso apparatu, quo spiritus animales residentes & veluti Excubias agenter instruuntur, pro diversis officiis diversorum Sensibilium. v.g. pro visione necessaria

- via est illa (admiranda quidem) structu-
 ra, & compages tunicarum, & humorum, illa
 forma & figura nerborum, illa fulgentissi-
 ma, lucidaque natura spirituum animalium
 pro tali opere necessaria, & hospitans in
 nervis opticis, ut sensibile nempe tenuissimū
 aeris, lucisq; particulę indolis sulphureę quę
 (ut dictum inuenit) sunt sensibile pro visu
 a corporibus reflexę earum imagines ad
 organum visuum conuehant & fiat
 visio. Vide plura apud Willem die-
 to Cap. X. de reliquis sensibilibus & sen-
 sorijs; omnia quidem acumine ingenij,
 formosa, & directabili claritate edocta, a
 quibus iuxta & merita ratione supersedis-
 nam sapientibus sat. S =

Memoriam feci de spiritibus ani-
malibus, dicendo: Cum Affluencia Necessa-
ria Spirituum Animalium; quorum exenci-
am Existentiā, & Usū, modo mihi, nec
aliqui, Opus est disputare: - primo quia est
expressa Sententia nostri (& omnium Medico-
rum) Magistri, multis in locis suę doctri-
nę; sed maxime in libro de Alimento,
*per hæc Verba: * Radicatio Venarū hepatis;*
Radicatio Arteriarum Cor; ex his aberrant;
in omnia sanguis, & Spiritus, & calor.
 per

per hęc meat: Vis una, et non una, quæ
hęc omnia, et alia gubernantur; alia quæ=
dam ad vitam totius, et partis, alia ad
sensus totius, et partis. Nil Clarius.

Secundo a tali disputatione recedam, quia
Sandroas Laurentius Anathomicus, et Cele=
bris Pharmacicus Monipeli Unibers. Con=
tra Argentarium latè disputavit; sed u=
nus pro Cunctis Doctissimus Magister, Doctor
Vincencius Gilabert, Contra Encium, et
eiusdem sequaces, tan fecundo ore, latiori
calamo, ingenii prestantia, et rutilanti
- lampade in suo Scrutaneo Theatrico. a fol.
253. ad fol. 257 huic disputationi (Siqui=
it aliquid dubium) Ultimam ita clausit
dilem, ut omnes (Amatores Veritatis, et prę=
diti sincera ingenuitate) in tantam per=
- ticiam intenti, Virque in hodiernis diebus
(quantum ad me venit) Ora tenent.

Siii.

Doitur

De Speciebus Intencio-

nalibus.

Et cum maiore Exensione se subu-

bitate

- biate possibile loquar meum iudicium de
 speciebus intencionalibus, si sunt Metaphorice
 — tantum; **U**ell formaliter, ut fuit sententia
 — antiqua in schola Complutensi; vel virtuali-
 ter (ut sensus fuit P. D. francisci Peinado; &
 Murcie (unione Celesti Rega Collegij Theologo-
 rum, nomine matris Marię Dei, Compluten-
 sis honorati), Aguilher, famulij S.^{ti} Augustini,
 & aliorum) se habendo species obiecti in-
 tentionalis, tanquam semen obiecti: Ad
 cuius intelligenciam primo dicam: Quod
 species intencionalis obiecti impressa est illam
 species obiecti, quę ab illa emissa intra spaci-
 um sphaerę, & per sensum percepta ad sensus
 internum (Communem dictum) delata, & in
 Phantasia collocata est Vicaria obiecti, ut
 simul cum intellectu producat intellectum,
 hoc est, expressam similitudinem, et formatam
obiecti: Et ratio fundamentalis, per quam
 convincatur necessitas talis speciei est, quia
 cum obiectum secundum se esse non possit
 poni in sensibus internis, necesse illi fuit ap-
 ponere eius vicarium, ut cum intellectu produ-
 catur expressa ipsius obiecti, & formatam im-
 — mago qualem, quę est eius cognitio.

- De hac specie intencionalis obiecti as-
 — firmabit capitulum Decretum Martini Ma-
 — triniensis (Vir quidem, qui summa peritia im-
 — mense literarum, & orationis, floruit, (Deo)

annat

anua), et superas sit ascensus ad curas)
quod metaphorice tantum erat similitudo
obiecti:: Et elucereat Veritas, primo ad-
ducam ex magna illo Rectorico Parente Di-
vo Augustino, quod sit iste Tropus Meta-
phora :: Sic verba S. D. tom. 5. Contra Men-
dacium Cap. X. part. initium:: Et hec ipso, quod
appellatur Metaphora, hoc est, de se propria; ad
rem non propriam Verbi alicuius Usa;
pata translatio:: apponunt Rectorici ex-
empla in humanis loquendo; et ex sacra
pagina:: in humanis U. g. Prata videntur
in quo dicendi modo Verbum Vides, quod
est de hominis propria passione, trans-
ferunt ad illam Voluptatem, quam Viri
offerunt Prata:: in sacra pagi-
na: U. g. quando Sancte, et amore erga
Deum plenus exclamat Presius Vates
in psalmo. 34. Ora mea dicunt Domine, quod
similis tibi: Ubi verbunt dico, quod pro-
prium est linguae translatum ad Ora, quibus
proprium non est dicere::

Cum ergo proprium sit species Obiecti
intencionalis per se Vicecom Obiecti, debet esse
non impropria similitudo Obiecti, sed for-
malis, et Virtualis se habendo tanquam
simen Obiecti de quo modo non disputo:
Et ratio qua debet esse ita; et non Me-
thaphorice imitatio, seu Obiecti similitudo,
stat

Stat in hoc fundamento vero apud omnes: in specie expressa, seu in cognitione obiecti sunt duo formalitates, prima esse actionem vitalem - Secunda esse formalem similitudinem obiecti; sicut prima non potest esse nisi principio formativo, vel virtualiter vitali; nec secunda nisi a principio formativo, vel virtualiter representante obiectum. Sed tale principium aliud non est nisi species impressa intencionalis obiecti, ergo hoc non nisi metaphorice; sed vel formaliter, vel virtualiter est similitudo obiecti. Omitto alia parum legenda apud omnes Philosophos.

~~Et ne inequivocem~~ Et ne inequivocem laboremus advertendum mihi est, ante conclusionem quod sensatio formalis est dupliciter consideranda: Primo secundum eam esse physicam, et reale; ut alia operatio potentis vegetabilis, vel loco motib; hoc est in quantum posita omnibus requiritis, physice, et realiter datur operatio potentis sensitib; - Secundo in quantum hec operatio, ut aliud quodlibet obiectum intellectui praebeat speciem intencionalis sui esse, v.g. dolbris in tali et tali genere, et in tali et tali gradu intencionalis; vel remissionis, vel voluptatis,

oratus, auditus &c. * Hoc est secundum
 Conducit, ut intellectus cum tali specie
 intencionali producat Cognitionem sen-
 sationis formalem, dolorum, vel voluptuum,
 in tali genere, in tali specie, et in tali par-
 te, ut in toto: quia Cognitio seu species
 expressa sensationis formalis hunc tribu-
 it esse Cognitum, et preceptum: Hoc evenit ip-
 sime a Cerebro, ictu Cerebri, seu temporis
 momento, ut reliquae operationes, quae fi-
 unt medicamentis spiritibus Animaribus;
 U. O. Obedientia partium ad motum, res-
 pectu animae imperantis. Ita Similiter fac-
 ta prius operatione potentiae sensitivae cum
 requisitis necessariis, emittit ab ista specie
 ad spiritus, et ponit in sensu, vel senti-
 tu interius, sed cum alia potentia, in-
 tellectiva in Hominem, Estimativa in Bruta
 producit Cognitionem sensationis formalem,
 tam media potentia sensitiva, et mediis
 alijs Requisitionibus facit. = = =

Quod aliud sit
 operatio potentiae sensitivae, et aliud esse
 perceptam seu Cognitam mentalem,* et quod
 tam prima operatio, quam secunda
 sit in eis esse formaliter talis, probatur
 quoad primum = Epicurus docuit sensus
 exteri, interius operantur, et non
 percipiunt suas operationes. Consonat
 Arist.

Aristoteles quē in lib. 2. de somno,
et vigilia dicit: neque enim visu se
videre videt, neque visu aut gustu iu-
dicat &c. ergo aliud est operare; aliud
percipere operationem. Primum est ope-
ratio sensib; secundum intellectib;. Ergo
vero, cum omnia scilicet operare, et per-
cipere fiant veluti ictu oculi, et pote
dis spiritibus, qui summa agilitate sunt
præditi, videtur quod sensatio formati si
non est percepta non est antea in eis for-
mati Constituta. =

Et quod tam prima, quam se-
cunda sit in eis formati Constituta,
patet ab objecto et potencia paritur no-
ticia formati; patet in intellectu cui spe-
cie objecti producente intellectionem (hæc
habitu causa describitur ad probandam
formatitatem ex parte potencie percepti-
be, seu Cognoscitib; respectu sui opera-
tionis) sed operatio potencie sensib; est
in visu, id est, cum objecto sibi debito,
applicatione in distantia proportionata,
apparatu necessario spirituum, et influxu.
quid ergo deest, ut sit operatio formati?
Quod ut vero supposito, venio iam ad con-
clusionem. =

Thema.

SIV.

MENS

de Sensatione formati

exponitur.

Est mea conclusio quod in quolibet sensorio externo*, bene compacto, et iuxta leges naturę structo*, necessario apparatus spirituum Animarum supposito, et eorum expedita affluencia, sensibilis quę obiecto, applicatione debita, applicata iuxta speciem sensorij externi* datur sensatio formati, et sic probetur.

Potencia sensitiva, quę est requirita, ut adint omnia necessaria ad sensationem formatam datur in quolibet sensorio externo: ergo in supposito Circumstantiis est in quolibet sensatio formati::=

Probatum antecedens:— potencia sensitiva in homine videtur est potencia anime Constituentis hominem formati. Viventem sensibilem:: sed Anima Constituens hominem Viventem sensibilem est in omni sensorio externo; ergo potencia sensitiva::= maior est certa: minor probatur: Antea manet probatum quod Anima Constituens hominem viventem sensibilem est anima rationalis::— nam homo non minus est ratio.

81
Rationalis formaliter ab Anima Rationali, quam
evidens Sensibile formaliter: Una (et non
plures) est Anima Rationalis hominis: Sed a-
nima Rationalis Creatura a Deo, est Spiritua-
lis, et indubitable, tota in toto, et tota in
qualibet parte: Ergo Anima Constituenti ho-
minem viventem Sensibilem est in omni
sensorio externo: maior, et minor Constat
ex dictis, et Consequencia est Certa: Tunc
sic: — Sed potencia non separatur ab eo, cu-
ius est potencia: Ergo si potencia Sensitiva,
in homine aliud principium, non habet ni-
si Animam Rationalem, ubi est Anima Ra-
tionalis, ibi est potencia; et cum Anima sit
in quolibet sensorio, in quolibet est potencia
sensitiva: Subiungimus — sed positum omni-
bus requisitis ad operandum ita est necesa-
ria operatio, ut solum miraculose possit im-
pediri: ergo si, in quolibet sensorio externo
dantur omnia requisita ad sensationem
formalem, erit, in quolibet, naturaliter ta-
lis, sensatio. = =

In sententia affirmantium quod animae
sensitivae, perfectorum animalium e.g. Equi,
et Leonis materialiter, seu eductae de potencia
materiei sunt indivisibiles, pro qua opinione
citatur Aristoteles, et ex Chalcidicis plurimi
citantur, ut S. Thomas, Albertus Magnus,
S. Bonaventura, Damascenus, et alij plurimi, qui
Citant =

Citantur a Patre Carleton Societatis Iesu
in Collegio magni Ducis Babarij Magistro,
Tomo Philosophico; lib. de Anima; probatur
facile, quod etiam in Animalibus memo-
rabilis est etiam potencia sensitiva in omni
parte viventis sensibilis, et consequenter quod
in quolibet partu reliquo requiritur et
Sensatio formativa. —

S. Ultimo.

Magis Clarescit Veritas et solutio Argu-
mentorum, quare iam Substantia possibile ad
ea. Propono. —

1/0 Dices primo. Sensatio formativa datur ubi
percipitur Sensatio; sed per me percipitur in
Cerebro; ergo ibi, et non in sensorio exter-
no datur. — Respondes negando maiorem
Obstat. Sensatio formativa datur (manet pro-
batum) ubicumque est potencia sensitiva cum
omnibus requiritur ad exercitum, actuatam
que operationem; Et alia, quolibet operatio
nutritiva, vel intellectiva, vel locomotiva;...
hæ operationes exercent, et actualiter dantur
ubi adest potencia, et dispositiones necessary; —
manet dictum quod in omni sensorio viven-
tis sensibilis v.g. hominis est potencia sensi-
tiva, et quod suppositis aliis requiritur na-
turaliter sequitur in quolibet sensorio — ma-
net stabilitum quod sensus externi ope-
rantur,

4
vantur, & operantur formaliter: sed ad illos
non pertinet perceptio suarum operationum, sed
ad potentiam intellectivam in homine; &
extimativam in animalibus perfectis; quibus
iam satis probatum est falsa maior pro-
posita =

Sed argunt Contra Epicuratum, &
Aristotem, Plutarchum, Philonem, & Simplicium
ut affirmando quod falsum est quod sensus
exterior non percipiunt suas operationes;
quam sententiam etiam sequuntur subtili
Doctor, & Mariam in 2.^o, dist. 49.^o, quest. 3.^o
& contra 2.^o Contra Gentilem, Cap. 66.^o & fun-
damentum eorum est: minorem entitatem
habent tenebrae, quam visio 29.^o: sed tenebrae
percipiuntur a visu: Ergo visus percipit su-
am visionem = Confirmant sententiam su-
am: Intellectus percipit suam operationem:
ergo **Sensus** exteriores = Sed pro sen-
tencia Epicuri, & Aristoteli, (quam ego affir-
mo) respondeo negando minorem: nam tene-
brae non percipiuntur a visu, tenebrae sunt
nihil, & quod nihil est a visu non peri-
pitur; sed per circuitum percipit homo, 29.^o
quod est in loco tenebroso = ad Con-
firmationem dicitur quod externi sen-
sus non habent illam perfectionem, neque
in illis, quicquam Philosophus invenit
illam requisitam dispositionem, neque
visus

Universalitatem ad percipiendā suā opera-
 tionē; & ita merito affirmatur, quod non
 percipiunt suās operationes; & inter alia
 fundamenta Contra hanc opinionem est
 hoc: Visio existens in oculo Iohannis non
 est perceptibilis a Petro; ergo neque ab ocu-
 lo ipsius Iohannis: patet consequentia: quia
 quid Iohannes in se ipso videt melius ab alio
 videri potest; sed ab oculo Petri non
 est perceptibilis visio Iohannis; ergo neque ab
 ipso Iohanne. Omitto alia: Et ad nostrum
 Systema (videlicet non est sensatio formativa
 in Cerebro), illinc (principū) sunt operatio-
 nes potentiae Cognitivae, ut sunt percipi-
 re Objecta &c. =

Dices ultimo; si Cerebrum non efficit
 sensationem, cur Cerebro exortante non sen-
 tiunt dolorem partes dolentes? ut affirmat
~~Causa~~ Causa in Aphorismo VI. Sec. 2. per
 haec verba: quicumque parte aliqua cor-
 poris dolentes, plerumque dolorem non sen-
 tiunt mens exortat: Et pro sententia
 tanti Viri Omnium Medicinae Cic appe-
 llatur experientia, qua constat quod non
 — in Delirantibus, & in Affectu Apop-
 tica parione exortante, nec in primis exor-
 tis; nec in secundis, licet sint applicata sen-
 soria externa Objecta sensibilia; ut, v.g. ex-
 creta, vel quantitate, vel qualitate pecantia,
 tamen

41
- tamen non datur Sensatio: ergo quia in
Cerebro fiunt Sensationes: Consequencia
est legitima. ~ ~

Respondent Omnes, quod in delirantibus
sunt Rationes multae Convincentes de-
fectum Sensationis in Sensorijs, seu in Vis
ad excutandas Superfluitates: pro nunc su-
fficiat sequens: quod illa mentis Summa
attentio Directa, Circa, quod delirat rapit
ad se Copiam spirituum necessariam pro
Sensatione: ad modum quo ingens dolor
Quando in Corpore est praesens causa plu-
rimorum non sinit animi sentire, quod
etiam constat esse propterea quod ingens
dolor rapit ad se necessarios spiritus ani-
males ad sensationem aliorum sensibilibus: =

De Apoplecticis constat quod non datur
necessarius influxus spirituum animalium,
Et cum hi sint unum ex requisitis ad
Sensationem formalem, & Cerebro exortante
turbetur eorum Creditus, & proportiona-
tus influxus, deficit ob hoc Sensatio for-
malis; non quia solum celebratur in Cere-
bro. ~ ~ ~ ~ ~

Dixi

- Sed humilitate, docilitateque
propria filij (misericordia Altissimi)

Catholicę Ecclesię Omnia eius
Correctioni Subjctio. ~ ~ ~

Etiamque Doctrinę præcipu-
entis Academię, in Omni
Sentenciā Summā
Veritate
refulgentis. ~ ~ ~

Anno Dñi 1537. =

Doc. D^{cus} Fran. de Torres Contreras. 

J. D. D. de Torres Contreras *no Acad.*
y Medico en la *Pa* de Leganes.
Dissertatio de Senatione *formali*.

N. 1.^o

~~1718~~

26/